



De hominibus diversarum formarum dicit Plin. li. viij. ca. ij. Et Aug. li. xvi. de ci. dei. ca. viij. Et Isidorus Etibi. li. xi. ca. iij. oia que sequuntur in india. Cynocephali homines sunt canina capita habentes cum latratu loquuntur aucupio viuunt. ut dicit Plin. qui omnes vescuntur pellibus animalium.

Cyclopes in India unum oculum habent in fronte super nasum huiusmodi solas ferarum carnes comedunt. Ideo agriofagite vocantur supra nasomonas confinesque illorum homines esse utriusque nature inter se vicibus coeunt. Calliphanes tradit Aristoteles adijcit dextram manam ipsius virilem leuam muliebrem esse quo hermafroditas appellamus.

Ferunt certi ab orientis parte intima esse homines sine naribus: facie plana equi totius corporis planicie. Alios superiore labro orbas. alios sine linguis et alijs concreta ora esse modico foramine calamis auenarum potum haurientes.

Item homines habentes labium inferius. ita magnam ut totam faciem contegant labio dormientes.

Item alij sine linguis nutu loquentes siue motu ut monachi.

Pannothi in scythia aures tam magnas habent. ut contegant totum corpus.

Artabrite in ethiopia pueri ambulat ut pecora. et aliqui viuunt per annos. xl. quem nullus supergreditur.

Satiri homunciones sunt ad uncis naribus cornua in frontibus habent et caprarum pedibus similes quale in solitudine sanctus Antonius abbas vidit.

In ethiopia occidentali sunt unipedes uno pede latissimo tam veloces ut bestias insequantur.

In Scythia bipedes sunt humanam formam equos pedes habentes.

In africa familias quasdam effascinatium Asigonus et Amphodorius tradunt quare laudatione intereat peribata. arescant arbores: emoriatur infantes. esse eiusdem generis in tribalis et illirij adijcit Isigonus qui visu quoque effascinant iratis precipue oculis: quod eorum malum facilius sentire puberes notabili esse quam puellas binas in oculis singulis habeant.

Item homines. v. cubitorum nunquam infirmi usque ad mortem. Hec oia scribit Plin. Aug. Isid. Preterea legitur in gestis Alexandri quod in india sunt aliqui homines sex manibus habentes.

Item homines nudi et pilosi in flumine morantes.

Item homines manibus et pedibus sex digitos habentes.

Item apothami in aquis morantes medij homines et medij caballi.

Item mulieres cum barbis usque ad pectus et capite plano sine crinibus.

In ethiopia occidentali sunt ethiopes. iij. oculos habentes.

In Eriopia sunt homines formosi et collo gruno cum rostris animalium hominumque effigies monstriferas circa extremitates gigni mime mirum. Artifici ad formanda corpora effigiesque celandas mobilitate ignea.

Antipodes autem esse. i. homines a omni parte terre ubi sol oritur quando occidit nobis aduersa pedibus nostris calcare vestigia nulla ratione credendum est ut ait Aug. 16. de ci. dei. c. 9. In ges tibus pugna lraz strag; vulgi opioez circufundi terre homines vndiq; couersisq; iter se pedibus stare et cunctisilem esse celi vtiue. Ac sili mo ex quac; parte media calcari. Cur autem decidat; miret et illi nos non decidere: nam enim repugnare: et quo cadat negatevt possint cadere. Nam sic igni sedes non est nisi in ignibus: aqua nisi in aquis. spiritus nisi in vni. Ita terre arcentibus cunctis nisi in se locus non



uarmes...

